



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacrvm Misericordiæ Palativm**

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi  
peristromatibus exornatum

**Gazaeus, Nicolaus**


**Augustae Trevirorum, 1618**

Vtrum liceat impedire pauperes ostiatim mendicantes ca. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](#)

56 SACRVM MISERICOR.

propter quas pauperes nullatenus impedi-  
endi sunt ne ostiatim victum petant, & has  
sequenti narratione videre licebit.



VTRVM LICEAT IM-  
PEDIRE PAUPERES OSTIA-  
TIM MENDICAN-

\* tes. \*

C A P V T XII.

**S**I quis olim pauperibus ostiatim victū  
quārentibus, tanquam insanus fortē  
verba dedit, rationes sequentes attendat,  
videatque num congruum non sit ut pau-  
peres victum quārant.

*Prima est* quia plerique reperiuntur qui  
licet voluntatem distribuendi Eleemosy-  
nas non habeant, tamen visis pauperum in-  
firmorum ulceribus, quod denegare sta-  
tuerant clementer largiuntur. *Obiecta e-*  
*nim mouent potentias.* Quem si pauperem  
non videris, quod paupertatis exemplar-  
menti obijcere poteris? Congruum est igi-  
tur ut mendicet.

*Secunda.* Tantæ virtutis & efficaciam est  
pau-

pauperis mendici præsentia , vt quamuis  
non petat videntes tamen ad largiendum  
moueat.Sic dum Ruth spicas colligeret, o- *Ruth.2.*  
pulentum Booz sua miseria & penuria ad  
benefaciendum prouocauit.

*Tertia.* quia plerique quæ ex mensa su-  
per sunt in hora prandij distribuent, quæ  
tamen alio tempore denegarent.

*Quarta.* Quia qui pauperem mendica-  
re vetat, hic fructum meriti à nobis aufer-  
re desiderat. Quomodo ? Quoniam licet  
multis mædia ad Eleemosynas erogandas  
desint, tamē hij, miseria proximi moti, mi-  
seriæ compatiuntur.

Denique qui impedit ne pauper mendicet, hic impedit ne pauper humilitatis fru-  
ctum sibi comparet. Nam inops suam dete-  
gens nuditatem, infirmus suam propalans  
debilitatem, quæ humilitatis sunt exercet.  
Cum igitur Pater cœlestis mendicare per-  
mittat, cur Christianus inhibere tentabit?  
Non in ostijs , sed in templis prohibendi  
sunt quia diuinum persæpe turbant &  
impediunt officium. *Estate igitur Miseri-*  
*cordes sicut Pater uester Misericordiā pro-*  
*ponit, Misericordiā amplectimini, sine*  
*quateste Apostolo, impossibile est*  
*placere Deo.* *Heb. 2.*

D 5 QVO-